


STEMMA GENTILITIUM S. GREGORII TURONENSIS.



TESTIMONIA VIRORUM ILLUSTRIUM

DE SANCTO GREGORIO EPISCOPO TURONENSI

Venantius Fortunatus in epistola operibus suis praefixa, quæ S. Gregorio Turonensi episcopo nuncupavit.

Domino sancto et dote meritorum sacris altaribus
adscito pariter et educto, Gregorio papæ, Fortunatus.
Acuminum suorum luculenta, etc... Unde, vir apostolice prædicande papa Gregori, quia viritum flagitas
ut quedam ex opusculis imperitiae meæ tibi transfe-
renda proferrem, nugarum mearum admiror te amore
seduci, etc... Sed quoniam, etc. Eum passim laudat
in carminibus; aliquot seligere sufficiat:

Ex libro v, carm. 7.

Culmen honoratum, decus alnum, lumen opimum
Pastor apostolicæ sedis amore placens.
Amplexante mibi semper sacer arce Gregori, etc.

Ibid., carm. 13.

Florens in studiis, et sacra in lege fidelis,
Semper agens animæ dona futura tuæ.

Lib. viii, carm. 16.

Alme, beate pater, lumen generale Gregori,
Jure sacerdotum culminis arce caput, etc.

Ibid., carm. 17.

Lumen ab Arvernis veniens feliciter arvis,
Qui inlustrans populos spargeris ore pharus.
Alpibus ex illis properans mens aliorum ipsis.

Ibid., ex carm. 23.

Dulcis, chare, decens, facunde, benigne Gregori,
Atque pater patriæ, hinc sacer, inde chare.
Muneribus, meritis, animis et moribus æquis,
Omnibus officiis unde colaris habens.

Ex libro ix, carm. 7.

Corde jocundo, calamo venusto
Litteras mittis, cupiente voto,
Blanda conscribens seria salutis
Chare Gregori.

Baudonivia sanctimonialis in Vita sanctæ Radegundis reginæ, num. 27.

Ambulavit nuntius ad virum apostolicum dominum
Gregorium Turonicæ civitatis episcopum, et advenit.
Sed quantum præsens vidit oculis, antequam eam se-
peliret, de ejus virtutibus, in libro Miraculorum quem
composuit, inseruit. Cum autem venit ad locum ubi
sanctum corpus jacebat, quod ipse postea cum sacra-
mento lacrymans dicebat, quod in specie hominis
angelicum vultum viderat; facies illius velut rosa et
lilium fulgebat, ita tremefactus est ac metu concus-
sus, tanquam si ante præsentiam beatæ Genitricis
Domini astaret devotus vir Deo plenus.

A Paulus Warnefridi libro iii de Gestis Langobardorum, capite 1, ubi de sancto Hospitio recluso Nemauensi.

Per hunc Dominus magnas virtutes operari dignatus est, quæ scriptas habentur in libris venerabilis viri Gregorii Turonensis episcopi.

Agobardus archiepiscopus Lugdunensis in libro de Judaicis superstitionibus, cap. 4.

Sanctus Gregorius Lingonicæ Ecclesiæ episcopus quantæ sanctitatis et veritatis fuerit, Vita ejus scripta (Inter Vitas Patrum Gregorii Turonensis, capite 7) et finis vitæ, atque honor ei ab Ecclesia delatus usque hodie testes sunt.

Florus Lugdunensis in Martyrologio, die 4 Novembris.

ii Nonas. Bituricas depositio sancti Lusoris pueri, qui filius cuiusdam senatoris, etc., scriptum in libro Miraculorum Gregorii Turonensis episcopi. Ad eum et celeri etiam Martyrologiorum scriptores ejusdem Gregorii verba adhibuerunt.

Ex kalendario Sacramentarii S. Gatiani cathedralis ecclesiæ Turonensis annorum 800, et altero Majoris Monasterii ab annis circ. 600 scripto.

xv Kal. Decembris sancti Gregorii Turonensis. Eodem die laudatur in variis Martyrologiis antiquis, potissimum Turonensem Ecclesiarum, sicut et in Romano, in Gallicano, etc.

Ex veteri Legendario Ecclesiæ Cabillonensis, de sanctis Silvestro et Agricola episcopis ac Desiderato presbytero, apud Perardum et Bolland., 17 Mart.

De quibus licet compendiōse, splendide tamen magnificus vir Gregorius Turonensis episcopus in libris Miraculorum ita scribit: Beatissimus vero Silvester, etc., *ex libro de Gloria Confess., capp. 85, 86.*

Hericus monachus libro i De Miraculis sancti Germani Antissiodorensis episcopi, cap. 29.

Gregorius Turonorum antistes, miraculorum cu-
rios indagator ac studiosissimus editor, nonnulla ab hujus et per hujus beatissimi Patri memoriam
patrata commemorat, qua suis quam nostris verbis
intimanda maluimus, ne rei absque pretio operæ per-
mutata quiddam siedi detrahamus. Germanus, etc., ut
habet Gregorius in libro de Gloria Confess., cap. 41.

Ex vita secunda sancti Medardi sæculo ix scripta Spicilegii tomo viii.

Per idem tempus inter Gallicanos præsules Grego-
rius historicus sermone et actu Turonis habebatur
insignis, etc... Hic nostra intermitentes, quid Gre-
gorius historicus de hujus sanctissimi pontificis vir-

tute referat huic opusculo innectendum ratum duximus : Medardus, inquiens, gloriosus confessor, etc. *De Gloria Conf.*, cap. 95.

Ex Testamento Echardi comitis fundatoris monasterii Patriciacensis (Parsu) saeculo ix, avud Perardum Hist. Burgund., p. 26.

Donate Enschise archiepiscopo tapete uno meliore, Gestu Langobardorum libro uno, et Chronica quem Gregorius Turonensis facit libro duo. (*Sic.*)

Ex sancto Odone in sermone quod beatus Martinus par dicitur apostolis.

Non dissimiliter Gregorio Turonensi ejus (sancti Martini) reliquias in novam basilicam inferentia appa ruit, etc., quæ ex capp. 20, 59 et 104 libri de *Gloria Confessorum accepit*. Ejus verba item passim laudat.

Letaldus monachus in prologo in Vitam S. Juliani episcopi Cenomanensis.

De tempore quo magnus ille floruerit ex libro Gregorii Turonensis per conjecturam sumpsi, qui in Historiarum suarum libro 1, sub Decio et Grato consulibus a Xisto, etc..., cum beatus Dionysius a sancto Gregorio ex eorum numero fuisse dicatur, etc.

Frodoardus lib. II Historiae Remensis, capite 2.

Gregorius in Historia gentis Francorum de hoc præsule (Ægidio) narrat, etc.

Lib. IV ejusdem Historiae, cap. 59.

Aliis etiam nonnullis beati Patris hujus (S. Martini) urbs nostra fertur insignita miraculis; ex quibus ea quæ sanctus Gregorius Turonensis in suis Miraculorum libris enarrat hic indere placuit, etc. *Idem auctor passim laudat eadem et alia Gregorii opera.*

Aimoinus lib. III Historiae Francorum, cap. 41.

Quod cum Gregorio Turonensi, qui tunc cæteros episcopos sanctitate præibat, etc. *Ibidem, cap. 66.* Pro his itaque causis calumnias sancto antistiti inferebat Gregorio. *Eudem passim beatum Gregorium appellat.*

Hugo archidiaconus Turonensis in Dialogo ad Fulbertum. Ex tomo I Analect. Mabillon.

Martinus habet virtutum suarum egregios inter pretes... Habet Gregorium Turonensem episcopum, qui mira de Martino post obitum narrat miracula.

Fulbertus episcopus Carnotensis epistola 97, quæ est ad Robertum Francorum regem.

Sacra vestra monitus sum inquirere festinanter et scribere vobis, si qua historia sanguinem plusse re ferat, et si factum fuit quid factum portenderit. Livium, Valerium, Orosium et plures alios hujus rei relatores inveni, de quibus ad præsens solum Gregorium Turonensem episcopum testem esse produc tum sufficiat, propter auctoritatem religionis sua. Ait ergo Gregorius idem in sexto libro Historiarum, cap. 14. Anno sexto, etc.

Adhemarus in Chronicone parte 1, cap. 30.

Ex tempore sanctus Gregorius archiepiscopus Turonensis magnis virtutibus fulgebat. Per idem tempus sanctus Germanus Parisiorum episcopus missus a rege Chariberto Eglißam consecravit basilicam sancti Eparchii, ubi ipse nuper sepultus fuerat: adfuit cum eo venerabilis Gregorius episcopus Turonensis, et in ipsa basilica multa pignora reliquiarum beati Martini episcopi collocantes dedicaverunt eam in ejusdem beati Martini auctore. Denique in altare ipsius ab eodem sancto Germano atque Gregorio consecratæ, sanctæ crucis hactenus apparent impressa signacula. Iten in honore sancti Petri consecraverunt ecclesiam sedis episcopalium quam Chlodo venus, etc.

A *Idem in libello de virtutibus S. Eparchii abbatis Engolismensis, ex ms. cod. S. Cypriani Pictav. et Labbeo.*

Gregorius Turonicæ civitatis episcopus, dum de scribendis sanctorum virtutibus ab aliis prætermis scriptoribus operam dat, inter cæteros et hujus patrō nostri meminit dicens: Obiit Eparchius Engolismensis reclusus, etc., ex *Gregorii Historia, lib. VI, cap. 8.*

Ex Vita Caroli Magni. Chenn., tomo II, pag. 68.

Quo tempore (Childeberti) claruerunt sanctus Gregorius papa primus, et Gregorius episcopus Turonensis, etc.

Ex Vita metrica S. Melanii episcopi Redonensis, ex cod. ms.

Nempe Redonensis Melanus, ut Turonensis Gregorius scribit, qui talia plurima scribit, innumeris signis perfecto præsule dignis. Eritudo mundo, etc.

Laudat cap. 55 de Gloria conf.

Glaber Rodulfus in Vita sancti Guillelmi abbatis Divisionensis.

Erat enim, ut beatus multorum sanctorum descri pitor miraculorum Gregorius Turonorum pontifex refert, prægrandis arca, etc., ex cap. 51 de *Gloria Mart.*, pro cuius incredulitate narrat idem sanctus alterum sancti nominis Gregorium Lingoniensem episcopum, acrius quondam fuisse increpatum.

Anonymous auctor, qui saeculo XI Acta Rothomagensium archiepiscoporum scripsit, tomo II Analect. Mabillon.

C Rex concilium episcopos suos convocare coepit, cui vir magnæ auctoritatis et probitatis Gregorius archiepiscopus Turonensis interfuit. Hic vero nec callida machinationi, qua episcopus (Prætextatus) deceptus est, nec injusta destitutiō assensum præbuit... Ita ut sicut beatus Gregorius Turonensis in scriptis suis narrat, nocte sancta Paschæ, in loco pontificali ubi stare consueverat gladiis eum percuterent, et ita in terlicerent.

Ex Vita metrica S. Cassiani episc. Eduensis, ex cod. ms. S. Germani a Pratis.

Idola cassavit, populum baptimate sanxit, Hæc quoque Gregorius Turonorum dux luctulentus.

Ex Chronicone S. Benigni Divisionensis. Spicilegium tomo I.

Inventum est atque translatum corpus almisici martyris Benigni a beato Gregorio Lingonicæ urbis episcopo, divina revealente providentia, ut refert Gregorius in libro Miraculorum, qui fuit antistes Turonorum... Præfatus Gregorius Turonorum in libro de illustribus viris hujus Hilarii quis et qualiter fuerit, meminit, etc... Successit Tranquillus, qui quæstæ sanctitatis fuerit, crebre sanitates infirmis ex ejus tumulo præstata testantur, ut refert Gregorius Turonensis in se ipso expertus.

D *Baldericus episcopus Noviomensis et Tornacensis in Chronicone Cameracensi et Attribatensi, lib. I, cap. 8.*

In ea namque urbe (Vienna), ut beatus Gregorius Turonensis urbis episcopus scribit in gestis Francorum, tunc temporis inaudita cives prodigia terrerant, etc., plura laudat, cap. 3 et seqq. sub titulo *Historiae Francorum*.

Auctor Vitæ et Miraculorum sancti Sollemnis episcopi Carnotensis, ex ms. cod. Regio.

Beatus Gregorius tunc temporis Turonorum episcopus de beato Solemni pontifice Carnotensi locutus est ita: Licet de Turonica urbe, etc. Hæc sanctus de sancto in testimonium.

Ex Vita S. Maximi Cainonensis confessoris, ex cod. ms. Majoris Monasterii.

Ut autem ad beati Gregorii aures, qui tunc Turo-

nicam regebat Ecclesiam, horum miraculorum notitia perlata est, puerum tonsoratum, etc., narrat miracula ex capite 22 libro de Gloria Confessorum.

Sigibertus Gentilacensis in Chronicō.

An. 7 Justini Junioris, 35 Chlotarii, Gregorius Turonensis ordinatus episcopus clarus habetur in omnibus.

Idem in libro de Scriptoribus ecclesiasticis, cap. 49.

Gregorius Turonensis episcopus, vir magnæ nobilitatis et simplicitatis, scripsit multa simplici sermone. Scripsit duos libros de vita vel memoria quorundam Confessorum, scripsit librum de Miraculis sanctorum, de miraculis Juliani martyri Brivatensis librum unum, de Miraculis sancti Martini suo tempore ostensis libros quatuor. Historiam Francorum parvo libello breviauit, eamque postmodum diffusius novem libris digessit. Scripsit et Chronicā ecclesiastica historię.

Honorius Augustodunensis de Scriptoribus ecclesiasticis, cap. 33.

Gregorius episcopus Turonensis scripsit librum Historiæ.

Chronicon Leodiense scriptum anno 1132. Lab., t. I Bib., p. 335.

Anno 572 obiit Eusronius Turonensis episcopus, succedit Gregorius historiographus.

Chronographus Saxo a V. Cl. G. G. Leibnizio editus.

An. 572 Gregorius Turonensis episcopus in Gallia claret. Idem habent alii passim chronographi, quos singillatim recensere superfluum esset.

Hugo, seu Anonymus S. Mariani Antissiodorensis.

Anno Justinī 7 Gregorius Turonensis ordinatur episcopus, vir clarus in omnibus, a quo, inter cetera quæ scripsit, sancti Martini virtutes et miracula multa descripta sunt, quæ in diebus ipsius abundatissime provenerunt.

Gesta pontificum et comitum Encolismensium, auctore canonico Encolismensi, circa annum 1150, cap. 4.

Gregorius archiepiscopus Turonensis et Germanus... consecraverunt cathedralē ecclesiam, etc., consecraveruntque assensu regis episcopum Merrium, qui capitellanus ipsius regis erat, etc.

Petrus Venerabilis abbas Cluniacensis adversus calumniatores.

Gregorium laudas Arverno germine clarum,
Cui dat Martini celsa cathedra locum.

Petrus Picaviensis monachus in Panegyrico Petri Venerabilis abbatis Cluniacensis.

Prolixi hinc etiam Juliani dulcis alumnus,
Qui bene Turonicæ præfuit Ecclesiæ.

De Arvernis loquitur. Item in epistola ad Calumniatorem.

Fortunatus etiam Gregorium Turonicum p' u' i... que atios episcoporum, etc., quam plausibili... r... extulerit non ignoramus.

Ex Anonymo qui Gesta episcoporum Turonensem et abbatum Majoris Monasterii scripsit apud Bochel.

Eustochius hic fuit tempore beati Gregorii Turonensis. Passim complura descriptis ex ipso Gregorio.

Ex Vita domini Garnerii præpositi S. Stephani Divinensis apud Perard. et Fiotum in Historia ejusdem loci.

De hac videlicet Ecclesia in Vita sancti Gregorii Lingonensis episcopi legitur, quod gestatores corporis ejus a Lingonis eum deferentes, etc., *De Vitis Patrum*, cap. 7. *Et infra*, Est alia basilica, de qua in praedicta Gregorii Vita scriptum est, quod domus ejus baptisterio adhaerebat, etc.

Rigordus in Vita Philippi Augusti ad an. 1184.

Sollicitus prout potuimus colligere ex Historia Gregorii Turonensis, etc., in hac nostra Historia sat lucide determinavimus. Et ad an. 1185: Probantes hoc per Chronicas Ydatii et Gregorii Turonensis, id est Fredegarii.

Albericus monachus Trium Fontium in Chronicō.

Natus est Martinus in Pannonia cuius genealogiam Gregorius Turonensis episcopus breviter ita comprehendit: Quidam rex, etc., ex libro de septem Dormientibus. Anno 593. Huc usque Gregorius Turonensis.

Vincentius Belloracensis in Speculo historiali, libro xxi, cap. 124.

De sancto Gregorio Turonensi archiepiscopo.. Clarus habetur in omnibus. Ille Alvernicae regionis indigena, etc. Idem habet sanctus Antoninus, etc.

Matthaeus Westmonasteriensis in Floribus historiarum.

Anno gratiae 572 Gregorius Turonensis episcopus ordinatus sanctitate resulxit insignis.

Anno gratiae 598 floruit in Galiiis Gregorius Turonicæ civitatis episcopus, qui ex Arvernico territorio attulit, etc.

Bernardus Guido episc. Lodovensis de sanctis Lemovicibus. Labb., t. I, p. 629.

S. Pelagia... quam sanctus Gregorius Turonensis in libro suo de Miraculis sanctorum collocat inter sanctos, etc. Eundem passim laudat, sicut et Petrus Epulinus de Natalibus, et alii qui Vitas Sanctorum collegeunt.

Robertus Guaginus libro ii Historie Francicæ.

Gregorius homo in primis sanctitate spectatus, etc. Ejus opera passim laudat.

Ex Trithemio libro de Scriptoribus ecclesiasticis.

C Gregorius episcopus Turonensis ex monacho discipulus quandam sancti Aviti præsulis Alvernorum, vir doctus et nobilis, mitis quoque et humilis. Tantæ sanctitatis et puritatis exstitit, ut etiam in vita miraculis coruscaverit, etc.

Idem libro iii de viris illustribus Ordinis S. Benedicti, cap. 51. Gregorius... cuius pater Florentius Georgii senatoris filius, vir et ipse laudabilis et sanctæ conversationis effulxit. Unde bonus pater filium suum Gregorium in timore Domini instruens, sanctorum illi gesta ad memoriam commendavit, quibus semper ad meliora enituit... Fuit autem homo charitate et humilitate maximus, ita ut suo tempore in terris similem vix haberit... multis et in vita et post mortem claruit miraculis, cuius festum colitur xv kalendas Decembbris. Ejus Vita conscripta habetur.

Idem libro ii, cap. 40. Gregorius... vir sanctus Deo et hominibus d'lectus, in sacris Scripturis optime peritus; in perscrutandis gestis sanctorum studiosissimus fuit... qui cum esset vir doctus et eruditus scripsit aperto sermone plura opuscula, etc. Catalogum cont. xuit Gregorii operum quod et fecere subsequentes auctores, Posservinus, Bellarminus, Vossius, Breviarii ejus Vita auctor, Labeus, Cavius, etc.

Hieronymus Chlichtoveus Neoportuensis in editionem variorum opusculorum.

Humanæ eloquentiæ, etc., locum novissimum tandem cæteris eminentiorum Gregorio Turonensi reservavimus, nihil hæcstantes illi præ cæteris palmarum esse concedendam, nec fini præripendiā.

Præfatio editionis Jodici Badit.

Cum beati Gregorii Turonensis et Adonis Viennensis episcoporum commentarios, etc., auctoritate valent maxima: sunt etenim sanctitate vitæ conspicui, et episcopati Christianæ pietatis apice præulgidi, et res plurimas a se visas et compertas, non exquisita quidem elegantia, sed sincera veritate tradunt, qua-

rum pietate, præcipue Turonensis, vel sola lectorem A *Joannes Bona S. R. E. cardinalis in Notitia auctorum.*

Mathias Flaccus Illyricus in epistola præmissa ad suam editionem.

Dignus est Turonensis qui legatur... nullus vetustus historicus extat, qui illorum temporum negotia tam certo pernoverit, aut etiam plene complexus sit. *Eum passim laudat in Centuriis Magdeb.*

Ex Patriarchio Bituricensi, cap. 27, tom. II Biblioth. Nova Labb., p. 32.

Quod ex scriptis divi Gregorii Turonensis, viri certe in rerum gestarum cognitione eruditissimi, perspicuum flet. *Laudatur passim in eadem libro.*

Præfatio in Vitas Sanctorum ex Aloisii Lipomani voluminibus extractas.

Gregorius cognomento Florentinus, vir scientia et nobilitate clarus, Turonensem Ecclesiam sanctissime rexit; cuius scriptis ea adhibetur fides, quæ et viro sanctissimo et de Christiana fide optime merito ad liberi solet, etc.

Joannes Mariama, libro v Rerum Hispan., cap. 10.

Majus argumentum accedit, Gregorii Turonensis silentium. An id gratiae datum putabis a Gallico scriptore magna que auctoritatis viro.

Papirius Masso in Notitia Galliarum.

Condito autem regno (Francorum) quanta mutatio acciderit, malo ex libris Gregorii Turonensis intelligi, quam ex oratione mea.

Josephus Scaliger, lib. vi de Emendatione temporum.

Magna Gregorio gratia, qui in tanto neglectu Historie animum ad hæc scribenda appulit, quare absque eo foret metuendum ne fabulosus Hunnibalbus pedem in possessionem ilius Historie poneret, etc. Nos neque meliorem neque vetustiorem in Historia Francorum habemus.

Nicolaus Faber Ludovici XIII Francorum regis præceptor in Schediasmate, etc.

Gregorius Turonensis episcopus diligentissimus Historie nostræ scriptor et antiquissimus.

Hieronymus Bignonius in Præfatione ad Marculfii formulas.

Ipse etiam Gregorius Turonensis, quo digniorem historicum non habemus, multis locis a Marculfo lucem accipit et omnino illustratur.

Jacobus Joannes Chiffletius in Disquisitione, etc.

Sanctus Gregorius antiquissimus et fidelissimus Francorum historicus.

Sammarthani in Gallia Christiana.

S. Gregorius Ecclesiæ Gallicanæ lumen, virtutis, sapientiæ, eximiaque sanctitatis gloria illustris, de historia ecclesiastica rebusque Francicis bene meritus.

Joannes Launois doctor Parisiensis in Discussione, etc.

Gregorius Turonensis Christianæ apud Gallos religionis exordia, resque memoratu diguas summo studio prosecutus est. *Eum ejusque opera passim laudat.*

Hadrianus Valesius in Præfatione ad tomum II Rerum Francicarum.

Gregorium, quem virum pium et sapientem, ac historicorum nostrorum principem agnosco, et laude dignissimum judico.

Gregorius Turonensis, fidelis historicus, sed simplicioris eloqui.

Carolus Cointius Annalium Ecclesiastic. Francorum ad an. 544.

Omittere non debuimus ortum illustris viri, quem Historia Francicæ parentem merito nuncupaveris. *Idem passim habet.*

Antonius Dadinus Allessera J.U. professor et decanus Universitatis Tolosanae in epistola ad notas, etc., in Gregorii libros.

Operam dedi ut consuleretur memorie maximi auctitatis, ut exploderetur error et calumnia malignorum, quibus peritissimus rerum nostrarum scriptor, et ex parte testis, habetur pro inepto fabellarum et somniorum auctore. Non inanis erit opera, si a me vindicetur fama episcopi cathedrae et meritorum divi Martini successoris.

Bollandiani ad diem 17 Martii et passim.

Sanctus Gregorius Turonensis, cui uni tantum debet Historia Francica, quantum aliis scriptoribus autem simul omnibus.

Joannes Balesdens in suam editionem.

Non immerito dixerim, etiamsi in Gregorii scriptis columbae simplicitas videatur, serpens tamen prudenter non deesse, cum in iis rebus eligendis dispiciendisque maxime et utilitate conducerent et fide valerent. Nec dubitem asseverare posterioribus scriptoribus hac in re palmam præripuisse, etc.

DE FREDEGARIO.

Ex Vita S. Pippini majoris-domus Austriæ Chesnii tomo I Hist. Franc.

C Sed ne videar de Vita beatissimi Ducus novum atulisse ligamentum, non abs re erit si in testimonium sanctitatis ejus eadē in verba quæ in Gestis Francorum diversis in locis inserta sunt, hic in unum collecta sub oculis posuero. Sunt ergo in hunc modum sese habentia: Usque ad id tempus ab initio quo regnare coepit Dagobertus consilio beatissimi Arnaldi, etc., profert excerpta ex Fredegario a cap. 58 *Chronici ad caput 86.*

Rigordus supra laudatus in Vita Philippi Augusti. Josephus Scaliger in libro VI de Emendatione temporum.

Ante annos autem aliquot prodidit Appendix ad Gregorium, cuius quidam auctorem dicunt Fredegarium. In ea Appendice multa præclara sunt, quæ non temere alibi repertas.

Valesius in Defensionis sue parte posteriori, cap. 8.

D Mihi crede, quod tuto et citra erroris periculum facere potes, Res gestas amborum Childeberti minoris filiorum, Chlotharii junioris, Dagoberti atque Chlodovei posterioris usque ad quartum regni ejus annum ignoraremus, si ab Fredegario scriptæ non fuissent, aut si Fredegarii jacturam tecissenus: quas ille pro capitulo temporum suorum diligentissime accurassimeque mandavit littoris... Nec quemquam e nostris historicis veteribus repertas, qui non Fredegarii Chronicæ librum v. fere ad verbum transcriperit.

Carolus Cointius ad annum 584, n. 21.

Auctor est omnium, qui post Gregorium res Francicas scripserunt, antiquissimus.